

1514^o a 16. Decemb^r—

Sigismundus Primus Rex Poloniae
Nobilitati

132

Necessitas Reipublicae, et inevitabile periculum
ita exposcit, ut Cracoviae et non alibi Genera-
lem Conventum, & particularem more solito
in Grosswicz, ipso die Conversionis S^{ti} Pauli
proximo praecedat. Te itaque hortamur,
tanquam membrum non ignobile Reipublicae
ut ad Conventum praefatum particularem, pro
termino permisso, te conferas illic auditurus
quae nuntius noster dicet, et proponet, et qua-
re Cracoviae et non alibi Conventus Genera-
lis tam subito celebrabitur. Auditis autem
his quae noster nuntius dicet, nuntios una
cum aliis, ad Generalem Conventum mitem-
das eligas et Deputes, ut fidem quam celer-
rimè venias, et in his quae pro salute Rei-
publicae consulentur, Consiliariis adhaereas,
ne per negligentiam Reipublica magno pericu-
lo exposita cum turpitudine nostra, ac omni-
um incommodo, quod avertat Deus labatur.

Sic pro gra-

Sic pro gratia nostra factura — D. d. Vilnae
Die Decima Sexta Mensis Decembris An-
no Domini Millesimo Quingentesimo
Decimo Quarto —

